



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

57. Discipuli prohibentur hanc visionem evulgare.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

II. Hæc autem illo adhuc loquente, ecce facta est nubes lucida, & obumbravit eos. *Matth. 17. & 5. Luc. 9. & 34.* & timuerunt, intrantibus illis in nubem. Et ecce vox facta est de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. *Matth. 17. & 5. Marc. 9. & 6. Luc. 9. & 34 & 35.* Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. *Matth. 17. & 6.*

III. Et accessit Iesus, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite, & nolite timere. Levantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum IESUM. *Matth. 17. & 7. & 8.* Dum fieret vox, inventus est Iesus solus. *Luc. 9. & 36.*

## MEDITATIO LVII.

*Discipuli prohibentur hanc visionem  
evulgare.*

**D**Escendentibus illis de monte, præcepit eis Iesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat. *Matth. 17. & 9.* Nisi cum filius hominis à mortuis resurrexerit. *Marc. 9. & 8.*

II. Et verbum continuerunt apud se, conqui- rentes, quid esset; Cum à mortuis resurrexerit. *Marc. 9. & 9.*

III. Tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his, quæ viderant.  
*Luc. 9. v. 36.*

## MEDITATIO LVIII.

*Christus pro se, & Petro soluit didrachma.*

I. **C**Um venissent Capharnaū, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrū, & dixerunt ei: Magister vester non solvit didrachma? Ait: Etiam. *Matth. 17. v. 23. & 24.*

II. Et cū intrasset in domum, præuenit eum Iesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel censum? à filijs suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij. *Matth. 17. v. 24. & 25.*

III. Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore ejus, inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me, & te. *Matth. 17. v. 26.*

## MEDITATIO LIX.

*Christus clam ad festum Tabernaculorum proficiscitur.*

I. **A**mbulabat Iesus in Galilee, non enim vole-